Dt 4,44

ntribus manasse, Ista est lex
quam proposuit moyses coram fi
lius isrl. & haec testimonia. & ce
rimonię atq. iudicia. quae locu
tus est ad filios isrl. quando egre
si sunt de aegypto, 46 Trans iorda
nen in ualle contra fanu phogor.
in terra seon regis amorrei. qui
habitabit in esebon quem percussit
moyses, Filiq. isrl ... egressi ex egyp
to possiderunt terram eius. &
terram og regis basan ... duorum
regum amorreorum. qui erant
trans iordanen ad solis ortum,
ab aroer quae sita est sup ripam
torrentis arnon. usq. ad montem
sion. qui est in hermon. omnem
planitiem trans iordanen ad ori
entalem plagam. usq. ad mare so
litudinis. & ad radices montis
phasga,
Uocauit q. moses omnē isrl. & di
xit ad eum, Audi isrl cerimo
nias atq. iudicia. quae ego loquor
in auribus uris hodie, Discite ea.
& opere complete, Dns ds noster
pepigit nobiscum foedus in horeb,
non cum patribus nris init pactū.
sed nobiscum qui in presentiarū
sumus & uiuimus. 4 Facie ad faciem
locutus est nob. in monte de medio
ignis, Ego sequester & medius fui
inter dm̄ & uos in tempore illo. ut
adnuntiarem uobis uerba eius, Timu
istis enim ignem. & non ascendistis
in montem, Et ait, ego dns ds tuus
qui eduxi te de terra egypti. de domo ser
uitutis, Non habebis deos alienos
in conspectu meo, Non facies tibi
sculptile. nec similitudinem omniū
quae in celo sunt desuper. & quae
in terra deorsum. & quae uersan
tur in aquis sub terra. 9 Non ado
rabis ea. & non coles, Ego enim
sum dns ds tuus. ds emulator, Red
dens iniquitatē patrū sup filios
in tertiam & quartam generatio
nem his qui oderunt me, Et faciens
misericordiam in multa milia.
diligentibus me & custodientibus
11 praecepta mea, Non usurpabis no
men dni di tui frustra. quia non
erit inpunitus qui super rem uanā
nomen eius adsumserit, Obserua
diem sabbati ut sanctifices eum. sic
praecepit tibi dns ds tuus, Sex diebus
operaberis. & facies omnia ope
ra tua, Septimus dies sabbati est.
id est requies dni di tui, Non facies
in eo quicquam operis. tu & filius
tuus & filia, Seruus & ancilla.
& bos & asinus. & omne iumentū
tuum. & peregrinus qui est intra
portas tuas, Ut requiescat seruus
& ancilla tua. sicut & tu. 15 Me
mento quod & ipse seruieris in
egypto. & eduxerit te inde dns
ds tuus in manu forti & brachio

Dt 5,15